Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectarius cisterciensis - Cod. Lichtenthal 27

Neuburg bei Hagenau (?), [Mitte des 13. Jh. und 15.-17.Jh]

Nachträge (17. Jh.): Collectae und Capitula zu verschiedenen Festen

urn:nbn:de:bsz:31-34963

Visual Library

In festiuitate scti Achatii. sociorumque
eius. ad vespe: Cap: Sancti per fidem
vicerunt: Hymnus. eterna xpi: ad mag: An:
Gaudent in celis: Coll: [struck through] Deus qui
ad imitandum passionis tue exemplum:
decem milium martirum crucis patibulum
subire fecisti. tribue qs. ut qui passionem
eorum ueneramur in terris. passionis tue
Remedia consequamur in celis: Qui uiuis:
Cetera omnia sicut de scto mauritio: ad bn
an. Sanctum est: ad mag an: O qua gloriosum

In Visitatione S. M. V.

~~Ecce iste venit in montibus~~

Ecce iste venit saliens in montibus et
transiliens colles. similis est dilectus
meus. capree hinnuloque ceruorum.

G. B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

Ad sextam

Surge propera amica mea: colum-
ba mea formosa mea et veni ÿ iam
enim hÿems transiit. ÿmber abiit et
recessit: flores aparuerunt in terra
nostra ÿ tempus putationis advenit.

Coll. Concede misericors deus

Ad Nonam

Vox turturis audita est in terra nostra ÿ
ficus protulit grossos suos: vinee
florentes dederunt odorem suum

Coll. Concede nos

In feſto S. Ioſephi Sponſi Virg. Mariæ
Ad veſperas Capitu: Dilectus a deo,

Collecta

Omnipotens ſempiterne deus. qui glo-
rioſæ Virginis Mariæ ſponſum. beatum
Ioſeph eligere voluiſti: ut filij tui eiusque
matris curam gereret: da nobis quæ-
ſumus: ut ſicut eis iuges famulatus ſe-
dule exhibuit: ita ipſius intercedentibus
meritis. beneplacitis tibi actibus ſeruire
mereamur. Per eundem dñm

Ad sextam Capitulũ In fide et lenitate

Collecta

Deus qui beato Ioſeph incomparabilem
tuæ genitricis ~~thæ~~ theſaurum ſeruandũ
tradidiſti. et Sponſi nomine decoraſti:
concede propitius: ut sicut prouidus tu-
us extitit nutricius: ita apud te pro no-
bis ſit ipſe ſolicitus. Qui viuis et regnas

Ad nonam capitulum Iustum deduxit Collecta

Deus qui hodiernæ festiuitatis solemnia beati Ioseph nutricij tui natalicio consecrasti: te supplices exoramus: Vt eius qui tibi ministrando placuit precibus adiuti fideliter tibi seruire mereamur / Qui viuis

In festo sancti Angeli custodis

Ad vesperas Capitulum

Ecce ego mitto Angelum meum: qui precedat te, et custodiat in via: et introducat in locum quem paraui: observa eum et audi vocem eius

Collecta

Deus qui ineffabili prouidentia sanctos Angelos tuos ad nostram custodia

mittere dignaris. et largire supplicibus tuis: et eorum semper protectione defendi. et æterna societate gaudere: Per dominum

Ad sextam Capitulum

Nec ~~contemnendum~~ contemnendum putes. quia non dimittet cum peccaueris: et est nomen meum in illo. Collecta Deus qui miro

Ad nonam Capitulum

Quod si audieris vocem eius. et feceris omnia quæ loquor. et inimicus ero inimicis tuis. et affligam affligentes te: præceditque te Angelus meus Collecta

Deus qui ad exequenda prouidentiæ tuæ misteria. sic conditionis humanæ sublimas dignitatem. Vt etiam singulis hominibus. singulos spiritus gloriosos. propter eos qui hereditatem salutis accipiunt. in ministerium deputare dignatus es: concede propitius. et vt tanti beneficij memoriam recensendo. et tibi laudem et gloriam. et beatissi-

mis Angelis nostris custodibus reuerentiā dignumque impendere mereamur famulatum. Per dominum

In feſto Glorioſi et diuini nominis Jeſu
Ad Veſperas Capitulum

Fratres. christus humiliauit ſemetip
ſum. factus obediens vsque ad morte.
mortem autem crucis: propter quod
et deus exaltauit illum: et donauit il
li nomen. quod est ſuper omne nome

Collecta Deus qui glorioſum et ineffabile nome
tum. a ſeculis Abſconditum nobis in Vni
genito filio tuo manifeſtare dignatus es:
quæſumus: Vt sicut in ipſo ſalutari no
mine Jeſu nos redemiſti, ita et ſalua
re digneris: Per eundem Ad ſextam

Cap: In nomine jeſu omne genu flectata
tur cœleſtium terreſtrium et infernoru:
et omnis lingua Confiteatur. quia dns
nr ieſus christus. in gloria est dei patris

Collecta

Sanctiſſimum nomen tuum dn̄e je-
ſu chriſte, ſuppliciter inuocantes benig-
no fauore proſequere: et corda nostra
ignauia frigiditate torpentia, ſa-
cro tui Amoris igne ſuccende. Qui vi-

Ad Nonam Cap.

Fratres, omne quodcunque facitis
in verbo aut in opere. omnia in no-
mine dn̄i nr̄i jeſu chriſti facite.
gratias agentes deo et patri per
ipſum, Collecta

Auge in nobis quæſumus dn̄e je-
ſu chriſte. quod de tua inſpiratione
cœleſte concepimus deſiderium. Vt
charitatis donum. quod nos ſpera-
re feciſti, per inuocatione nominis
tui. perenni valeamus acquiſitione
conſequi, Qui viuis et regnas